



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. XLV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Decretum. XLIII L

Qui in locis p[ro]pijs alijtut, officium aut coronam de B. Virg. quo t[em]p[or]e recitetur

QVI locoru[m] piorum sumptibus gratia aluntur, curantur ve, aut instituantur ad literarum aliarumve artium disciplinam; ratio postulat, pietatis studijs atq[ue] exercitationibus eos præ ceteris deditos esse, corumq[ue] precibus animas illorum adiuvari, a quibus illud subsidij relatum est ad ciui[n]d[em]i p[ro]pij instituti sustentationem.

Quare illud eorum locorum curatores, vel praefectos, ac Sacerdotes præsertim qui in ijs spiritualem curam gerunt, monemus; vt ab ijs qui ibi aluntur, si literas norint, statas de B. Maria Virgine preces horarias; si rudes sint, saltem institutam illam certis salutationum Anglicarum calculis orandi rationem, sci licet de B. eadem Virgine coronam in singulos dies pie præstari sedulò curèt.

Decretum. XL III I I.

**Eleemosina r[ati]o distribu-
tio quomo-
do facienda.**

VT p[ro]pij vniuersitatisque generis distributionibus, quas in diœcesi, vel ex ultima voluntate, vel ex consuetudine, aliae ratione quis præstare debet, satisfactum esse nobis constet, prout pronicia li concilio per nos decretum est; eam rationem præscribimus, vt quod vel ab vniuersitatibus, vel a sodalitijs, vel a quouis alio homine, eleemosinæ nomine, aut alias pie in pauperes loci, aut in singulos vniuersitatis homines, aut in familiis erogandum distribuendumve est, quidquid illud sit, adhibitis duobus viris per vniuersitates delectis, Vicarij; Foranei nostri iudicio probatis, & parochio, in opera pietatis præscripta eroge tur & conferatur.

Cūius erogationis & distributionis ratio, tum in præcipuum certum librum referatur, notato die, mense, & anno, eorumdemq[ue] subscriptione adhibita.

Quid ideinceps aliter, quam hoc decreto constitutu[re] est, se distribuisse assuerit,

cogatur tamen re ipsa ad præscriptum distribuere, nisi integrum distributionem præstitisse legitime probabit.

Decretum. XL V.

Quod vberius & distinctius explicatum, in Concilium etiam Provinciale quintum mox supra relatuum est.

M A G N O diuine misericordie nomine synodo diœcesana.

nere, in vsum ex decreto Tridentino reuocata illa anniversaria Synodi diœcesanae actione, quas sanctorum Patrum institutis olim introducta, vberimos in omni diœcesi fructus perpetuò attulit;

illud pastoralis sollicitudinis officium

nos admonet, vt cum vsl, tum rationi il

lius Synodi in diœcesi nostra quotannis

celebrandæ consulamus.

Primo igitur Synodi diœcesanæ iuante Domino quotannis in eundem de moreq[ue] celebrandæ diem certum statuimus et decernimus, feriam scilicet quartam hebdomadæ, quæ à Pascha Resurrectionis Domini tertia est.

Id vero, nisi statam, vel pro dierum festorum in eam feriam hebdomadamve incidentium celebritate, vel pro alia tempore & causarum ratione aliquando alio tempore celebrandam esse, Archiepiscopali auctoritate indicatum sit.

Eius autem constituta Synodalis die, atque adeo Synodi diœcesanæ indicatio nem (quæ deinceps ex veteri concilio exemplo in ipsis singulis Synodis ab Archiepiscopo fieri) omnino ratâ & firmam esse volumus; tantumque roboris habere hoc decreto sancimus, quantum illa Synodi diœcesanæ ratio habet, quæ editio publico adhibetur.

Quoniam obrem propositis p[ro] eius canonū iure sanctis, vniuersos & singulos qui Mediolani in diœcesiq[ue] beneficia cuncti uis generis ecclesiastica, etiam quæ sine villa cura sunt, obtinent; quiq[ue] sacris iter ordinibus initiati sunt; eos præterea omnes tum sacerulares tum regulares clericos, qui quoq[ue] iure, vel consuetudine nostræ diœcesanæ Synodo interessent debent; in Metropolitana nostra ecclesia summo mane præsentes adesse ad eam diem iubemus, quam quotannis Synodo in eundem celebrandæque certam statamq[ue] hac constitutione decreuimus, prout in singulis Synodis indicetur.

Nec

Nec verè quicunque adesse debent, eorum nomine alijs, sed ipsimet ad sint; nisi iusta legitimave causa impediti sunt, quam nobis probent. Qui aberunt, aut alia ratione contumaces erunt, ex canonum sanctionibus debitas subeant penas.

Certam illam Synodi ineundæ atq; habendæ constitutam diem in Calendari anniversariorum loco suo referri, Synodalemque diem notari decernimus; eandemque diem in Epiphania Domini ab Archidiacono in Metropolitanana Ecclesia, cum in Missâ sacro solenni populus frequens est, post Euangelij recitationem de luggesti, ut moris est, yna cù Paschæ Resurrectionis Domini denunciatione indici, significari, & denunciati iubemus.

Ante statam Synodi diem per mensem, quinta quaq; feria in Missâ sacro, si quadragesima est, oratio de Spiritu sancto datur; alio autem tempore de eodem Missâ sacrum fiat, ceteraque presententur, prout secundo provinciali Conilio sancitum est.

Synodalem hanc actionem aliquot ante diebus per parochos populo denunciari mandamus: eorumq; vniuersitatisq; officium sit, parochialis lux ecclesiæ homines docere, tum quam sanctum salutare que sit Synodalis diocestanæ actionis institutum; tum quam ob causam quotannis ea actio fulcipientur.

Quo de genere editas à nobis literas, Parochus suo quisq; populo, cum in Missâ parochiali, sacros is frequens adest, accuratè legat: cui muneri adiungat hoc etiam paterna cohortationis officium, quo non modo illum excite ad frequentius orationis studiū Synodalibus illis diebus adhibendū; sed etiā ad id singulos inflammet, vt die Dominicæ statam Synodalem diem antecedente, verè penitentes & confessi sacram communionem sumant; hoc præcipue precantes, vt quæ ad eorum salutem pertinēt, Dei auxiliante misericordia per nos in Synodo diligenter sancte que agantur.

Quæ puriores autem ecclesiastici ordinis homines, qui in Synodo adesse debent, ad eam actionem, quæ religiosam maximi præparationem ab illis depositis,

conveniant; omnes & singulōs ēs: Dō minico illo die Synodum præcedente peccata primum confessio, nō solum Sa

cerdotes Missâ sacrum facere, sed reli-

quos singulos cuiusvis ordinis clericos

sancitissimam Eucharistiam sumere iu-

bemus.

Idemq; omnes ij summo mane ex de- Diæc. 2. de- creto primæ Synodi diocestanæ præstet. cre. 2. pag. 341.

Antequam itata Synodi dies veniat; & Mediolani ij quibus id curæ Archiepiscopus dederit, & in diocesti Vicarij Foranei, & Parochi præterea tum vrba ni tum diocestanæ, vt ipsi Archiepisco po adiumentum afferant diligēti aliqua earum rerum indagatione ac relatione, quibus per eum consuli aut prouideri in Synodo præstum oportebit; hec que infra generatim vel vniuersē mox prescribentur, sedulò videant ac notent; vt omnia ad præscriptam ab eo rationem & normam, tum literis tum coram constituto tempore deferant.

Primo igitur ij omnes, pro suorū que munierum officiorumve ratione & cura dispiciant; quæ cleri sit in clericalis vita moribus progressio; quæ in vita spirituali disciplina; & quam sollicitum in diuinorum officiorum cultu studium; quam diligens in ecclesiasticis functionibus obeundis sollicitudo; quæ etiam, & quam frequens in literarum exercitationibus cura; qui in earum studijs progressus item.

Vicarij autem Foranei, & huius muneris in vrbe præfecti exquirāt; qui præterea parochorum in primis zelus in zanimarum salute procuranda; quæ in sacramentis ministrandis sedula diligentia; quam frequens in pascendis verbo Dei fidelibus officium; quæ denique in omnibus parochialis muneris partibus vigilantia, quæ ve assiduitas.

Deinde ij omnes & singuli pro sui officiū munere inuestigent; quæ populi in christiane charitatis operibus exercitatio; quam religiosus festorum dierū cultus; quæ pia in ecclesijs conuersatio; quæ in doctrinæ christiane scholis frequētia; tum de alijs pijs fodalitatibus disquirant; tum denique de reliqua omnieliusdem populi disciplina, & in via Dōmini progressu.

Pest.

Tit. 2. decr.
8. p. 66.

Post videant, qui singulari ecclesiarii præsertim parochialiū status; an si quæ instaurationem desiderat; an debito cul tu fraudentur; an sacris vestibus, orna mentis, suppellectileq; ecclesiastica ad cultum necessaria instruxerint; an deni que villa ex parte inculte.

Postremo, an si qua sunt provincialiū dicæcesanarumq; Synodorum decretæ, edicta, visitationum præscripta, aliavē Archiepiscopalia iussa, quæ executionē non habeant: quid item impeditmenti, aut difficultatis, aut deviq; cause sit, quā obrem eorum executioni non sit locus.

Id autem omne quod ad executionē at tinet, tum idem perfecti, tum Vicarij Foranei, tum parochi, alij q; qui ecclæsticæ beneficia obtinēt, prout corū vniuersi cuiusq; in illis exequendis partes sunt.

Cum sūt Synodalis dies prope adest, Vicarij Foranei pridie illius diei ad sint summo mane in cibis Archiepiscopali bus: eoq; ipso die quam primum Archi episcopo nomina & cognomina tradat, eaq; ordine descripta, sacerdotū & clericorum singulorū qui ad Synodum conueniunt, rursusq; illorum qui non conueniant, causis sigillatim item descriptis, quamobrem Synodo non adsint.

Idq; præter officium legitimè excusatōnis, quam qui absunt, Archiepiscopo asserre, & probare debent.

Hoc ipsum triduo ante eum Synodalem diē, qui ab Archiepiscopo in vrbe regio nibus sunt præfeti præstet, de sueq; quiq; regionis clericis.

Singuli aut Sacerdotes, ceteriq; cleri ci qui canonistarum horarum officiū pre stare debet, Breuiariū & Calendariū anniuersariū nuper editū, cū ad Synodū ve nerint, asserant; & vtrunq; initio notatū sit nomine & cognomine possidentis.

Iudem vero ne in itinere quidē quod Synodi causa Mediolanū facturi sūt, acle tricalis vitę disciplina, sacerdotali morum gravitate nostris decretis præscripta discedant.

Vbi Mediolanum venerint, ne ad cau ponas, sed ad amicorum (si quos habet, præsertim ecclesiasticos homines, necel studine, familiaritate, aut aliquo hospitiū iure coniunctos) domicilia diuertat: tāq; deinceps statim ad eū se conferant,

quem clericalis hospitij præfectum constituerimus; eiq; chytopographum dent, quo suum quique nomen inscribant, no tentq; hospitij locum, & hospitem apud quem diuenterint.

Si verò quis neminem certum hominem habet, apud quem diuersetur, primum eum dem Præfectum adest, qui certum Ecclæsticæ hospitij locum attribuet.

Cum autem clericalis ordinis homines omni tēpore alios vice exemplo ad virtutem inflammare debeant; tū maximè cū Synodales actiones habetur, ita se gerant in verbo, in conuersatione, in charitate, quemadmodū Apostolus monet; ut cū eos posuerit Deus in acquisitione salutis, atque in ædificatione mōficij lui memores, ambulent dignè Deo, sancte q; sicut decet ministros mysteriorum Dei, viuant.

Nec verò vt pleriq; solent, cū Mediolani sunt, per plateas vagentur, aut p curiositate hac atque illac circūcurrent; sed ad causam ob quam conuocati sunt, tota animi cogitatione tunc attenti, in eo versentur, vt & nobis in ea actione puris castisq; precibus auxilium; & sibi & populis salutarem inde fructū ferant.

Qui Sacerdotes sūt, singulis diebus quibus Synodalis cōuentus habetur, vt altera Synodo iussum est, Missæ sacrificium celebrent, facientes obsecrationes, orationes, & gratiarum actiones, postulationes pro sancta ecclæsia Dei, pro summo Pontifice, pro Catholico Rege nostro, pro vberrimo Synodalium & aliarum nostrarum pastoralium actionum fructu.

Pridie illius diei quo futura est Synodus sub primam horam noctis in omni ecclæsia Mediolani solenni campanarum sono significatio detur Synodi posterio die inchoandæ.

Postridie quæ statuta Synodi dies est, summo mane, & ceteris deinceps Synodalibus diebus in Metropolitana Ecclæsia certis campanæ iictibus ad Synodum clerus conuocetur: cuius etiam rei significatio fiat tabella, cura Magistri cæmoniarum publicè loco suo affixa, qua Synodalis sessionis certa hora indicatur.

Qua hora vniuersi & singuli q; Sinodo intercessione debet, in ecclæsia Metropolitana

D non

Diēc. 1. deē.
23 pag. 342.

non raptim gravi incessu conueniant: vbi conuenient, loco constituto, superpelicea, quae munda ac decentia sint, aut alias sacras vestes, pro Ecclesiasticis beneficiis quod quisque obtinet ratione, induantur quibus recte & decenter induti, inde ad statum fessionalium locum, non turbulenter, sed quiete, & quo ad eius fieri potest, bini veniant, atque ordine confideant.

Nec verò quisquam mane priusquam conueniat cibū capiat, sed ie iunus adsit. In loco igitur benedictionis confidentes Domini Sacerdotes, & reliqui inferiorum ordinū clerici, ne vocibus obrepantur, ne tumultibus rem Synodalem perturbent; ne confabulationibus operā dēt: sed hęc omnia, ceteraque maximè cauteant, quę ecclesiasticę disciplinę, synodalis actionis dignitati, & loci venerationi nos conueniunt.

Cum autem de examinatoribus dicere lānī, ac de iudicibus causarum deligēdis agetur; hoc in suffragijs ferendis singuli spectent; vt nō humanis affectibus obsequantur sed Deo, conscientię lux, religioni, & Ecclesiæ utilitati, animarumque salutis satisfaciant.

Quo tēpore Synodus habet, ne cuiquā Sacerdoti clericovē Mediolano discedere licet nisi missione à nobis ipetrata. Absoluta de more Synodo, & sanctis ac clamationibus factis, tunc omnes Sacerdotes & clerici surgentes, cum reverētia osculum pacis à nobis accipiant, & sibi iniucem dēt cum timore, & amore Dei. Quodque sancti osculi significatione ostendunt, in re ipsa præstant; vt coniunctissimis animis, concordiis, voluntate, & pacis atque charitatis studio, quęcunque sancta sunt, sollicitè exequantur.

Decretum. X L V I .

QVO diligenter, atque adeo accuratis, & in urbe iij quos uniuicue representatis. ut gioni Archiepiscopus præficerit, & in his, & Vicarij foranei muneris atque officijs sibi cōmissi partes exequatur; quod item crebrius ac vigilatius diocesis statutus, cui assidua pastorali speculacione spiciendum est, exploratus ipsi Archiepiscopo sit atque cognitus; cum ex omnibz alia ratione, cum ex eo, quod illi cer-

to anni tempore ad ipsum Audiosē referant, non solum quę de Synodo diocesana decreto generatum vniuersēq; prescripta sunt; verū etiā quęcunque sigillatim, ac præcipue pro temporum ratione idem Archiepiscopus illis præscribenda censuerit: nos in hoc genere ita consultū esse volimus, vt illi Mediolani, in die cœsiq; Vicarij foranei, in sua quicunque regio ne cōmisiā, preter illam, in suo manere gerendo curā, suāque frequentiores per annum visitationes, præterque nostrā, & nostrorum generalium Visitatorū in visitando diligentiam, ipsi etiā singulare, accurata diligētiq; ratione visitationem cōreditur sibi regionis cumulatius exactiusque obeant, à die sancti Martini usque ad diem festum Ordinationis sancti Patris nostri Ambrosij. Si quis verò vel pro regionis, quę sibi commissa est, magnitudine, vel alia causa, ad statuē visitationis munus lōgiori tempore opus habeat, ei integrum, ac liberum sit, aliquid quod ante præscriptum tempus diebus visitationis sue initium facere. Vicarij autem foranei singuli, pro ratione tunc o decreto generatum præscripta, sū ab Archiepiscopo sigillatim præscribenda, de regione quę vniuersi usque eorum vicarij cura demandata est, ad eum dé relatur, Mediolanū quotannis in feria tertia hebdomadē ante dominicam in septuagesima penultimā duodecimo scilicet ante eius dominicā celebritatē die, summo mane in Archiepiscopales zēdes ad illum conueniant. Id verò, nisi aliquando ob tēporis, quod inter Epiphaniam & Septuagesimā incurrit, breuitatē, aut aliā ob causam, sū Vicariorum cōuentum alio commodiōri tempore habendum esse, per literas Archiepiscopales significatum sit.

Quod diligenter verò relationem singuli Vicarij præstant, id subsidij sibi cōparent, vt ante quam statū cōuentus dies veniat, congregationem parochorum suā quicunque regionis habeant: à quibus quęcunque vel vniuersē vel nominatim præscripta sunt diligenter animaduertant, & colligant.

Parochorum propterea cura sit, certo ante cōuentualem eum diem tempore, vñdere atque exquirere suarum Parochiarum,